



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Damnati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

legitimè præscripserit, Covar. *pract. q. c. 20. n. 2. ver. primum*, potest facere pro hac doctrina, quando præscripserit, quòd consuetudo det jurisdictionem etiam personæ privatæ, *c. Romana, §. non sic, de offi. lib. 6.* & ibi Gem: *ver. quæro, per c. cum contingat, de for. compet.* tamen oppositum vidi practi- cari, & practicavi, sed cum grano sa- lis: vide omninò Gem. *in c. cum Epif- copus, ver. sed quæro an Episcopus*, ubi di- sputat pro, & contra, & tamen conclu- dit quòd Episcopus potest carcerare laicos pro causis ecclesiasticis, & hoc tenet mordicus.

DAMNATI.

Primò, damnatis ad mortem, an possit negari sanctissimæ Eucharis- tiæ Sacramentum? Respondetur, quòd non, & contraria consuetudo est abusus, ita Navar. *conf. 4. de pæn. & remiss.* nisi vellent communicare eodè die, quo morti traduntur, propter re- verentiam specierum sacramentalium. similiter eorum cadavera si petuntur, possunt, & debent concedi, ut sepeli- antur, nisi adeo diffamati, ad terrorem aliorum, Covar. *lib. 2. cap. 1. num. 1. vers. hinc & alia, & in cap. alma mater, 2. part. §. 3. num. 3.* etiam tempore interdicit. Calder. *tract. de Eccles. interd.* fol. 11. colum: 4. Sylv. *ver. iurejuran. quæst. 7.* & Symanc. *de cathol. institut. tit. 18. num. 4.* aliàs peccant iudices.

Secundò, an eorum cadavera, vel membratim suspensa insepulta possint relinqui à iudicib⁹ in locis publicis ze-

lo iustitiæ ad aliorum terrorem, vide Covar. *lib. 2. cap. 1. num. 10. variat. resol.* & Symanc. *de cathol. instit. tit. 18. num. 4.* ubi habes quòd non, immò eos peccare, nisi essent capita latro- num, qui famosi latrones à jure vo- cantur.

DEBITOR.

Debitor suspectus de fuga non po- test capi, nisi de mandato iudicis, & tunc expensis creditoris capi debet. Six. *IV. Bull. 5.* nec potest capi, nisi minori summa, quàm ducatorum se- ptem, quicumque sit debitor, Pius V. *Bulla 160.*

DELEGATUS.

Quod dictum est, gratiam morte concedentis non expirare, viden- dum est, an hoc sit semper verum, ta- men est considerandum, si princeps concedit licentiam dispensandi cum a- liquibus, non expressis nominibus, tunc ista licentia, seu gratia non expi- rat morte concedentis, & similiter si concedit facultatem conferendi bene- ficia non expressis personis; secus ve- rò si persona exprimat, quia tunc morte concedentis expirat. ratio est, quia in primo casu est gratia, in secun- do est mandatum, *cap. si qui nulla, de prebend. libro sexto. Staph. de lit. grat. fol. 202. num. 1. & 2. decis. Rot. 13. de offic. de leg. in novis, Navar. conf. de offic. deleg.*

An delegatus possit accipere ali- quid